Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Vota nudis pedibus soluta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

Visual Library

gentibus neceſſitatibus inter gentiles inſtituta ſunt, ut divinum favorem in ſe elicerent, non Judæorum exemplo ſed inſtinctu humani ingenii quod ad talia proclive eſt. Putarunt enim ſe hac ratione Deos ſibi reddituros magis propitios. Quamvis à Judæis ad Chriſtianos veteres, & inde ad ſuperſtitioſos in Gallia hæc religio perveniſſe videri poſſit, ad quam tamen plurimum contulit hominum ad talia proclivitas.

Ioſeph. de Bel Iud. l. 2. c. 15.

VI. Sed & vota nudipedes ſolverunt. Illuſtre eſt Berenices exemplum, quod Joſephus refert: Ἐπεδήμει δὲ, inquit, ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις εὐχὴν ἐκτελοῦσα τῷ Θεῷ. Τοῖς γὰρ ἢ νόσῳ καταπονουμένοις, ἤ τισιν ἄλλαις ἀνάγκαις, ἔθος εὔχεσθαι πρὸ τριάκοντα ἡμερῶν, ἧς ἀποδώσειν μέλλοιεν θυσίας, οἴνου τε ἀφέξεσθαι, καὶ ξυρήσασθαι τὰς κόμας. ἃ δὴ τότε τελοῦσα Βερνίκη, γυμνόπους τε πρὸς τοῦ βήματος ἱκέτευσε τὸν Φλῶρον: *Venerat autem Hieroſolymam ut vota Deo ſolveret: His enim qui morbo vel aliis neceſſitatibus implicantur, mos eſt orare per triginta dies antequam immolent hoſtias, abſtinere quoque vino*

&